

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Aduersaria Musica D

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.291, f. <1r>-<18v>

[<f.1r>-] [D in marg.] Aduersaria Musica

Metabolae Toni plurifariam fieri possunt uel per contiguos phthongos uel [[uel]] per hyperbatos uel intercedente clausula uel sine ea: uel digrediendo ad alium [Tonum add. supra lin.] unico uel duobus phthongis uel pluribus ut puta toto tetrachordo assumpto uel etiam longiori modulatione: itaque sex differentiae mutationis Toni concipi possunt Si mutatio fiat post clausulam liberius poterimus [in secundo Tono add. supra lin.] interuallum absonum a praecedenti interuallo prioris Toni percurrere: ut exempli gratia si clausula prioris Toni desinat in agoge tritoni licebit in Mutatione alium uel alios Tonos posteriori<s> Modi modulari. Mutatio Systematis id est cum quo tetrachordo Synemmenon assumitur Diezeugmenon uel contra non inducit nisi praeposterationem Diapente et Diatessaron. Mutatio Toni uero inducit alia interualla seu agogas extra ordinem exempli gratia Tonum inter duo Semitonia tetratoni et pentatoni agogem

In interuallis uero Hyperbatis inducere potest duo continua semiditona duo continua ditona duo Tritona et cetera Semitonium deinde Semiditonum et e conuerso Modi nobiliores sunt qui in suo Diapason Tritonum habent in medio Dorius Phrygius Lydius Medij qui nullubi habent. Hypodorius Hypophrygius. Tertij qui habent uersus alterutrum terminum. Mixolydius Hypolydius In solo mixolydio [et Hypolydio add. supra lin.] modo (qui habent semidiapente) reperitur agoge duorum semiditonorum deinceps. uel Semiditoni incomposito.

[Doni, Aduersaria Musica D, 1r,1; text: Mi, fa, sol, mi, fa]

interuallum enim Semiditoni est molle

[Doni, Aduersaria Musica D, 1r,2; text: mi, fa, re, mi, fa]

Modi nobiliores et medij utrobique habent Diapente et Diatessaron. Tertij uero alterubi tantum. [<f.1v>-] In Modis recentionum nulla potest cognosci mutatio: semper enim proxima nota alterius Modi quae consequitur supra uel infra ultimam notam prioris modi eadem est quae in eodem primo modo naturaliter sequitur Cadentiae non finales uidentur terminari posse in Hypodorio et Hypoohrygio non tantum in quarta corda ascendendo sed etiam in prima. Demum puto in omnibus modis chordas esse in quibus cadentia fieri possit Vt seruetur [[re]] Rhythmica Melodiae perfectae id est eius quae melos rhythmum et lexin continet existimo necessario haec seruari de<bere> ut breuissimae [breuiiores ante corr.] et longissimae [longiores ante corr.] (praeterquam in cadentijs) reijciantur. [[Breuiiores]] Breuissimae enim usurpentur tantum in melismis et similibus charientismis qui tamen ultra debitam syllabam non protrahant

Tres melopoei hodie sunt [Romae add. supra lin.] proprijs quibusdam dotibus praestantes
[[Ioannes Hyeronimus Kaspergerus excellit in Hermenia et pronuntiatione dictionum et decoro
uocis prolatae: docet etiam pueros bene et aulice proferre et fortasse in uarietate Rhythmica
Michael Angelus in exacto aurium iudicio naturalique propensione ad uarietatem
[[Rhythmicam]] Melicam atque interuallorum omnigenorum usurpationem et in musica organica
excellit maxime

Ioannes Romitus in exprimendis affectibus potissimum maestis]]

Physaulus automatous uocari potest qui per se sonat qualem fabricare fecit Pater Athanasius
[-<f.2r>-] Commodissima temperatura Pandurae Heptachordae Hypatodicae pro duobus Tonis
haec esse uidetur

[Doni, Aduersaria Musica D, 2r; text: Hypodorium, Dorium, Mixolydius, Hypodorius, Dorius,
Iastius, E, G, [[E, G]], f, F, <d>, e, g, A, [sqb], D, a, a, g, g, uel, d, d, C]

[-<f.2v>-] Temperatura Violae et testudinis non uidetur esse nec telaea nec [[isemito]]
[[anisoton]] anisemitoniaea nec isemitoniaea sed mista et incerta aliqua enim semitonia aperte
maiora uidentur sed non iuxta excessum uerum semitonij maioris ad minus
Diapason in manubrio testudinis diuidi potest in [[duodecim semitonia p<en>aeq]] [sex tonos
corr. supra lin.] aequales et ipsam exacte aequantes [[quae in]] [quae corr. supra lin.] semitonia
inaequalia [aequalia ante corr.] diuiduntur. [[sed non ex ij]] excepto tamen uno spatio quod
constare debet ex duobus semitonij maioribus: hoc est si [[in suis caetera interu]] interualla in
suis proportionibus essent constituta (aequatis tamen quattuor tonis) ex uno [[uex]] maiori 16/15
altero medio 135/128. Non posset tamen fieri hic circulatio modorum. Hic ditoni esset iusti
plerumque diapente et Diatessaron. Semiditoni uero paulo remissiores: nam ut habeamus
semiditona mista opus est Tonis [[<. >]] inaequalibus Si organorum fides ut uiolarum et
testudinum per diapason [[perpet]] omnes [[<...>]] distarent inuicem posset haec temperaturae
species usurpari faciendo unum stabilem Tonum diuisionis

In temperaturis chordarum quae per tertias fiunt consonantiae minores id est tertiae et quarta
propinquoeres sunt et commodiores digitis [[in tempo]] maiores uero id est quinta et duae sextae
sunt remotiores. In temperatura uero per quintas contra euenit propinquoeres enim sunt
consonantiae maiores, minores uero remotiores quare temperatura testudinis aptissima est quae
inter utrumque medium continet id est media interualla tertiam et quartas Aptissima etiam esset
temperatura per quintas et quartas alternatim sitas

Subbiolo a nonnullis uocatur tibia parua (Vide Subulum)

[-<f.3r>-] Porphyrius testatur citharoedos quattuor tantum tonis usos fuisse Lydio Hypolydio,
Iastio Hypoiastio Cum uidetur cithara mollioribus cantibus (quales sunt hi modi) conueniret: hi
enim sufficerent ad mutationes faciendas: maximeque factitatas per tonos diatessaron distantes,
facilitatis gratia Commodum uero duobus quae inciperent a Semitonjo maiori id est Lydio et
Hypolydio duobus etiam a semitono minori incipientibus utebantur.

Cum Circulus referat diapason in qua sex sunt toni et [[uti]] circulus comprehendit ex triangula
aequilatera: sequitur triangulum aequilaterum recte exprimere tonum.

Quemadmodum acutae uoces opus habent grauibis et graues acutis ut consonantias faciant et
delectent ita pauperes egent auxilio diuitum et magnates tenuiorum ut beate uiuant perfectamque
Respublicam constituent

Scopus operis De Musica Sphaerica Hieronimi Roselli quod citatur directe a Zarlino aduersatur
instituto operi nostro de Modis et Tonis antiquis

[Doni, Aduersaria Musica D, 3r; text: [[Temperatura telea]], pro uiola et testudine, Parisemitoniaea, Isemitoniaea, cyclia, Aristoxenia, Tetramoria, Isotoniaea, Anisemitoniaea, pro clauichordio, organo, sambuca, [signum], Perfecta, Anisotoniaea, [kath'holon], cata diazeuxin, [[Atonotoniaea]], cithara uulgari, Pentemoria qua usus est Nicolaus Vicentinus]

[-<f.3v>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 3r; text: Conueniunt species hae, Myxolydio Chromaticum Syntonum, Lydio [[Diatonum Diatonaem]] Diatonum molle, Phrygio, Diatonaem, Dorio Enarmonium, Hypolydio, Hypophrygio, Diatoniaem, Hypodorio, Myxolydio, Lydio, Aeolio, Phrygio, Iastio, Enarmonicum]

Cadentiae per anagogem in omnibus modis uidentur terminari in mediam. Plagis [uero [[ta]] etiam in summam infra lin.]

catagogicae uero in infimam et nonnumquam in mediam

Cadentiae Anagogicae Hypodorij Re mi fa sol [[Hypophrygij]] uel Re mi fa sol la

Hypophrygij Vt re mi fa uel Vt re mi fa sol

Hypolydij fa sol re mi fa uel fa re mi fa. Dorij mi, fa sol re mi uel mi fa sol la

Phrygij Re mi fa sol la uel Re mi fa sol

Lydij ut Re mi fa sol (sed raro nam est Dorj) uel Mi fa sol re mi

Cadentiae anagogicae omnium tristissimae sunt quae incipiunt a Semitonio et pariter desinunt ut

Mixolydij secundo loco quae [[incipiunt tantum]] desinunt tantum ut Hypolydij. Tertio loco

laetiores esse incipiunt quae incipiunt a Semitonio desinunt in tonum ut Dorij Quarto demum

loco maximae sunt uiuidae et laetae quae semitonium in medio habent ut Lydij et Phrygij

Quatuor modis potest fieri systema teleosymphonium in pandura. Canone laeui sine iugamentis ut in pandurio orchestico: quod usurpauimus in netodica pandura quia dum psallitur conspicitur.

Secundus modus si plures canones exompoles fiunt cum magadijs agglutinatis. Tertius cum canone fixo: et coniectis magadijs mobilibus infissurus Quartus cum canone duplici media unica fissura discriminante utramque partem per quam neruea trajciunt

[-<f.4r>-] Mutationes hae distinguendae sunt Systematis seu [[cho]] secundum terminos

Systematis qualis est septem Tonorum Ecclesiasticorum [uel 12 secundum musicos add. supra

lin.] secundum schesia systematis seu secundum distinctionem [signum] a b ad [sqb] uel contra secundum intensionem aut remissionem uocis seu [uel secundum tonum uocis add. supra lin.]

pseudotonica

Secundum modum seu tropum tropica

Secundum Tonum [Tonie ante corr.] [[systematis]] proprium

Secundum phthongum cum una uel altera [chorda tantum mutatur infra lin.]

Prima mutatio bifariam fieri potest uel secundum septem species diapason seu septem Tonos Ecclesiasticos: uel secundum 12 modos musicorum.

Tertia item dupliciter uel per signa accidentalia ut si mutatio fiat secundum altitudinem toni

semitoni et cetera uel sine signis accidentalibus mutando [sqb] in b uel b in [sqb] et cantum

remittendo uel intendendo diapente uel diatessaron prout opus fuerit

[Doni, Aduersaria Musica D, 4r; text: Systema Immutabile, re, mi, fa, sol, la]

Prima mutatio duplex est secundum septem species diapason uel secundum clausulas melodicas:

Secundum 12 modos uel secundum clausulas synodicas

Prior diapason [[excede edere]] excedit.

[-<f.4v>-] Cornelius Schuyit in Gaillarda sexti modi 12 semitonia deinceps ponit.

Vt seruetur Rhythmus in synodijs uidetur seruandum ut omnes partes easdem dispositiones pedum seruent exempli gratia in dactylica mensura dum Netodos dactylum facit Hypatodus Spondaem facere poterit uel proceusmaticum non anapesticum

[Doni, Aduersaria Musica D, 4v; text: Dactylicus Rhythmus, Netodus, Hypatodus]

sic fieri potest Rhythmus Hypatodi

Notae longiores ut [Bv] concedi possunt initio et in fine in Symphonijs organicis immo et in medio modo partes quae diminutione utuntur aequalibus notis utantur ut aduersus Hypatodi Netodus octo [Sm] uti poterit uel quatuor [M] non uno [M] et sex [Sm]. In Symphonijs uocalibus numquam aliqua nota longior erit una mensura: nec diminutiones unicam mensuram excedent

[-<f.5r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 5r; text: Hypotema Dactylicum, laudabilis, Dubius, Damnatur]

[-<f.5v>-] Si ulla erat olim differentia Rhythmorum secundum tropos crediderim haec fuisse: ut [[<.>]] in progressionem octo sonorum [tou] diapason continua, phthongi semitonia claudentes breue tempus haberent; longum autem ij qui tonos intercipiunt ut hic

[Doni, Aduersaria Musica D, 5r,1; text: Rhythmus Dorius, suavis, Anapaestus, Dactylus, Spondaeus, Ionici a Minori duo, Phrygius, confragosus, furiosus, uel Choriambi 2. Lydius, mollis, Hypodorius, et cetera, choriambus, Ionicus, Hypophrygius, Hypolydius, uolubilis]

[Doni, Aduersaria Musica D, 5v,1; text: Rhythmus Dorius, suavis, Anapaestus, Dactylus, Spondaeus, Ionici a Minori duo, Phrygius, confragosus, furiosus, uel Choriambi 2. Lydius, mollis, Hypodorius, et cetera, choriambus, Ionicus, Hypophrygius, Hypolydius, uolubilis, Myxolydius fractus]

Si ulla fuit differentia Rhythmorum secundum genera existimarem (in unoquoque tetrachordo Diatonico Chromatico Enarmonio) tantundem [[tempera]] temporis obtinuisse tres priores phthongos quibus duo priora interualla clauduntur quantum tertius phthongus tertium interuallum claudens sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 5v,2; text: tetrachordum Diatonicum et Rhythmus Diatonicus, Chromaticum, Tetrachordum Enarmonicum,

Vel certe suspicor [[primum]] quartum phthongum tetrachordi cum primo rationem habuisse sesquiterciam (ut diatessaron) ita ut grauior esset 4. auctior 3. duo enim medij ad libitum disponerentur et gratia ut aequalitas plausuum seruaretur quod si alteruter sonus repeteretur toties eius tempus aestimaretur ut

[-<f.6r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 6r,1; text: 3, 4]

Vel certe existimare possumus duos phthongos intercipientes semitonium duplo uelociores fuisse intercipientibus tonum; intercipientes uero diesin quadruplo: parique ratione ditonum intercipientes duplo tardiores fuisse quam intercipientes Tonum

[Doni, Aduersaria Musica D, 6r,2; text: Diatonicum, Chromaticum, Enarmonicum]

Vel certe suspicare eos modos qui uersus grauem haberent Diatessaron celeriores notas habuisse uersus graue, eos qui diapente tardiores Sicut qui per planam uiam procedunt celerius ire possunt quam qui per salebrosa loca: ita celeriori Rhythmo usos puto in Diatono quam in chromate: in chromate quam in Harmonia. Omnium maxime credibile est Diatonicum Rhythmum fuisse in quo duo tantum species [[Rhythmi]] phthongorum essent quorum longior duplo maior esset ut

[Doni, Aduersaria Musica D, 6r,3]

In Chromate uero praeterea eas notas addi consueuisse quae sesquialteram haberent rationem [[ut]] et triplam ut

[Doni, Aduersaria Musica D, 6r,4]

In Harmonia quae quadrupla et sesquitertia ut

[Doni, Aduersaria Musica D, 6r,4]

Nec tamen intelligendum est has rationes fuisse actas inter notas eiusdem pulsus (id enim proprie ad Rhythmum pertinet: sed in tota modulatione huiusmodi notas reperiri consueuisse.

Itaque potius dicetur Rhythmopoeia Diatona, Chromatica et cetera quam Rhythmum Diatonicum Chromaticum et cetera

Puto etiam ueteres considerare [kath'holon] naturam generum et modorum ut citatioribus tam generibus quam modis Rhythmos similes traderent et contra

Rhythmus Dorius requirit plausum Ionici a minori ternarium incipientem ab Arsi

Phrygius choriambicum binarium incipientem a thesi

Lydius Ionici a minori ternarium

[-<f.6v>-] Mire conuenit Rhythmus duorum Ionicorum a minori Dorio quandoquidem Iastius qui et Ionicus dicitur eam habet speciem diapason

Epibasis fortasse est quae uulgo syncope dicitur unde epibatus Paeon apud Plutarchum de Musica

Consonantiae omnes 6 hac ratione disponi debent

[Doni, Aduersaria Musica D, 6v,1; text: Diapason, Diapente, Diatessaron, Ditonus, Semiditonus, Hexachordum minus, maius, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8]

uel sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 6v,2; text: Diapason, Diapente, Diatessaron, Ditonus, Semiditonus, Hexachordum minus, maius, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8]

Diapason Disdiapason et cetera antiphona sunt id aequisona est Peneaequisona
Diapente, Diapason Diapente, Ditonus, Diapason Ditonus Paraphona idest consonantia
Diatessaron Semiditonus Hexachordu minus et maius cum replicatis symphona
Rhythmus Hypodorij requirit plausum [[Dactylicum]] [Spondaeum corr. supra lin.] incipiens a
thesi

Hypophrygius plausum anapaesticum incipiens ab arsi

Hypolydius Dactylicum incipiens a thesi

Mixolydius pariter anapaesticum incipiens ab arsi

Plausus longiores celeriores esse debent cum plures syllabas comprehendunt: qui recte
conueniunt acutioribus modis

[-<f.7r>-] Hexachorda proprie dicuntur consonantiae compositae

Diapason Ditonus, Diapason Semiditonus, Diapason diatessaron dici possunt consonantiae

Supersimplices Replicatae

Diapason, Trisdiapason et cetera consonantiae itiratae, [[repetitae]], id est [[placatae]] duplicatae

Diapente uero dici potest consonantia duplex [subduplex ante corr.]

Diapason Diapente superduplex

Diapason Hexachordum supercomposita

Diapason, Ditonus, Semiditonus Simples

[[Sex sunt igitur species compositionis sicut et consonantiarum]]

Tonus inter Duos Diatessaron limma inter duos Tonos comma inter duo limmata uocari
potest

Quemadmodum Diatessaron per se consonat quidem sed non ualde suauius ita fortasse

Semiditonus nisi Ditono adiuncta sit non uidetur suauius consonare debere

Diatessaron cum Diapente iuncta suauius est non tantum quia tamquam mulier sine uiro aut
uitis sine ulmo uix sustentatur [[de]] sed [[etiam]] multo magis quia etiamsi (ut fere fit) in sua
proportione non canetur tamen tantum reddit quia extrema consonant cum quod uni deficit
alteri accrescat

Aliud est Epidiapente et [[Paradiapente]] [Hypodiapente corr. supra lin.] aliud Hyperdiapente et
paradiapente. Epidiapente enim est consonantia diapente comparando tonum acutum ad grauem
Hypodiapente contrarium. Hyperdiapente (uel Metadiapente) est Diapente acutior. Paradiapente
remissior

[Doni, Aduersaria Musica D, 7r; text: Tricinia [Tricinium ante corr.] huiusmodi uidentur optime
consonare debere, A, B, C, 6/5, 5/4, 4/3, 3/2, secunda, 2/1]

Vero extremae uoces raro decimatertiam maiorem praetergredi

debere uidentur.

[-<f.7v>-] [Physalides] apud Hesychium uidentur sumi posse pro cannis organi

In Synodijs triadicis Pandurae teleosymphonae [[per d]] duobus tonis temperatae quattuor
requiruntur organa unum pro netodo quod sit pandurium pentachordum (uiolino) sine iugumentis
nec magadijs mobilibus: alterum hypatodum id est Pandura minoris formae octachorda cum
duplici systemate et magadis mobilibus duo pandurae medianae [quinquechordae uel
hexachordae add. supra lin.] pro mesodo pro singulis tonis singulae quae per uices cantant. Hoc

enim melius quam panduram unicam orchestricam (sine tactibus) assumere quae utrumque tonum canat

In Pandura orchestrica arculus tenetur manu prona in melodica manu supina
Inquirendum uocabulum huius Rhythmi

[Doni, Aduersaria Musica D,7v; text: uel, Item huius, et cetera]

Duo sunt genera plausus [[r]] isorhythmus et anisorhythmus quo utuntur in Gallia (quando cantano ad aria) in canticis leuioribus singulis notis singulas theses manus aptantes tam longis quam breuibus in agogis uero (delle crome o semicrome) celebrioribus manum sustinentes
Rhythmus currentum uidetur aliquas pericopas habere Iambicas aliquas trochaicas

Rhythmus Voltarum et Gallardarum esse choriambicus
Rhythmus Mauriscae siue Destrae esse merus iambicus
Purus trochaicus uero

[<f.8r>-] Rectius est Voltarum Rhythmus esse mistum ex anapaesticis [[et Rhythmicis]] [et corr. supra lin.] coriambicis Rhythmis

Correntum uero ex Iambicis et Trochaicis
Galliardum esse magis primum trochaicum

Vt saltationum Rhythmi deprehendantur necesse uidetur notas ad duas species reducere ut in libris diagrammatum non sint nisi [Mv] et [Sv] id est ubi occurrit [Svd] ponatur [Sv] et [signum] ubi occurrit [Mvd] [Sm] ponatur [Sv] uel [[Mv] [Mv] supra lin.] Rhythmi longiores uelociores sunt itaque si carmen uel melos mensuretur Rhythmo antispastico, celerius erit tempus quam si mensuretur Rhythmis Iambicis et Trochaicis alternatis: quare uoltae et currenti conueniunt potius huiusmodi Rhythmi [[quam br]] maiores quam breuiores praesertim cum difficile sit eam misionem seruare

Pulchriores sunt Rhythmi misti quam puri

Rhythmismata et Rhythmismi fortasse usurpari possunt pro diminutionibus Rhythmorum exemplo melismi et melismatis: [[itaque [Mbd] [SMb] [Mb] pro [Mb] [Mb] [Mb] erit Rhythmismus. hoc uero

[Doni, Aduersaria Musica D, 8r,1; text: a, b, c, d, pro]

itaque b pro a erit Rhythmismus c uero pro d. Rhythmismus]]
itaque in subiecto exemplo Gallardae Ferrariensis pagina 5. Gardani

[Doni, Aduersaria Musica D, 6v,2; text: a, b, c, d, et cetera]

si usurpetur pericope a [c ante corr.] pro c [a ante corr.] Rhythmisma erit multiplicantur enim phthongi ut in melismate. b [d ante corr.] uero pro d [b ante corr.] erit Rhythmismus nam sine multiicatione phthongorum tempus alteratur tantum charientismi gratia

[<f.8v>-] [S] pro [S] in saltationibus uocari potest id est supplementum.

Le ariette franzesi quando si battono si mette una [Sm] per misura [[ouero nella misura libera si]] ma si batte in ogni nota etiam nelle [Sm]

In Rhythmo Trochaico impetus fit in [[secundam]] [primam corr. supra lin.] utpote longam in Iambico in [[primam]] secundam

Cantica hodiernorum in quibus aliquae syllabe canuntur semibreui aliquae minima aliquae semiminima aliquae chromate aliae etiam celerioribus notis [pararrhythma] uidentur esse: excipe duos casus in celerioribus notis singularibus put<a> sequentibus quod excusat charientismus: et ubi rem aliqua suadet ut celerior Rhythmus assumatur ut pro Dispondaico Spondaicus: Item cadentiae

Rhythmopoeia Melodica duplex est [logike] et [odike] prior est in qua uocales eodem tempore proferuntur quo loquimur posterior cum canendo uocales extendimus.

In priore aestimantur morae accentuum et consonantum in priori non item

Rhythmopoeia odia duplex est. duplaris [[dusemos] add. supra lin.] in quibus tantum duo species phthongorum sunt ut [Mb] [Mvd] (ubi si occurrant [A] [A] et [SM] [SM] pro diminutionibus et [Mvd] [Mbd] pro charientismis nomen non mutat) et quadruplaris [[polysemos] add. supra lin.] in [[quibus]] quibus notae simplae, [[q]] duplae et quadruplae reperiuntur (nec tantum in cadentijs) ut [Mb] [Mv] [Svd] octuplaris enim in qua praeterea est [Bv] non attenditur Natura simplicis Rhythmi haec esse uidetur ut duas longas non excedat quare tempus longae erit uel arsis uel thesis, non uterque uel pars alterutrius: quare in Rhythmo dispondaico duae longae syllabae considerantur [[qua]] ut duae breues

[-<f.9r>-] Canticum Ioanni Francisci Anerij o begl'occhij pagina 31. habet Rhythmum anapaesticum sed ad trochaicam mensuram aptatum: [[ibi ue]] cum uero incipit sic Begl'occhi cari et cetera tunc [[<.>]] pedes paeonici quattuor incipiuntur sed ad eandem mensuram aptati [[<...>]] p<....>]]

Effectus syncopis est ex [[d]] una longa duas breues facere quare cantica ad ternariam mensura si ad binariam cantentur

Rhythmica uis deperit consurgunt enim pro Iambis et trochaeis tribrachij

Synarsis potius est cum pars Rhythmi [phthongi supra lin.] sub thesin cadit pars sub arsin.

Epibasis uero cum [[pars]] Phthongi pars sub unam mensuram cadit pars sub aliam. Dicitur etiam poterit Probasis

Metabasis uero mutatio basis seu incessus [incensus ante corr.]

Aeres saltationum uidentur circuitus quosdam habere in quibus termini meli [[et Rhythmi relationem inuicem habent]] relationem inter se habent et cum terminis Rhythmi

Synthesis uocari potest cum thesis diuiditur

Epibasis synthetica et synarsica

Dialysis Djarsis

Metarsis Metathesis

Diabasis

Vt Simphonurgia naturae singulorum modorum sit accomodata uidetur hoc seruandum ut [[supra]] [in corr. supra lin.] Dorio Hypodorio Mixolydio usurpentur potissimum Hexachorda minora in caeteris quattuor maiora: naturaliter enim supra chordas initiales horum modorum huiusmodi hexachorda proueniunt nam super A id est F A est hexachordum minus signi [sqb] similiter supra A C uero maius et cetera

Syncatathesis cum duae partes simul desinunt

Anaclasis uidetur esse syncope et anaclomena carmina in quibus syncope (uulgo dicta usurpetur)

Antanaclasis

Similiter in tribus ijs modis [et Phrygio add. supra lin.] infra est semiditonum supra ditonum quod morem maestum facit

[-<f.9v>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 9v; text: Tabula ostendens omnes hexachordum formas maiorum et minorum: tun quomodo in triodijis melius diuidantur, A, [sqb], C, D, E, F, G, S, T]

Ditonus rectus supponitur [to] diatessaron. Semiditonus supponitur

In sexto exemplo ditonus superponi non potest propter Tritonum F [sqb] in graue

In quarto exemplo ditonus supponi non potest propter tritonum in acutum

Monstra harmonica sunt Semidiapente quae est tamquam [connubium add. supra lin.] duarum foeminarum [duae foeminae ante corr.] [[simul iunctae]] Tetratonus tamquam duorum uirorum copula: Tritonus tamquam sesquirit uel mulier (uirago) nimium uirilil aut androginus muliebrem sexum magis participans

[[Tonus]] Semitonium [minus add. supra lin.] tamquam abortiuum [[Tonus tamquam]] [maturius

Diesis tamquam abortiuum immature corr. supra lin.]

Heptachordum maius tamquam uir nymis agrestis et insociabilis. Heptachordum minus tamquam mulier insociabilis et solitaria

Diapente tamquam paterfamilias cum compare coniuge Et filio [[coniun]] uel filia coniugato.

Diatessaron tamquam uxor

Tonus minor tamquam iuuenis puberi coniugio aptus Tonus minor tamquam uirgo matura uiro uel puer nondum aetatis nubilis

Semitonium maius tamquam uirgo connubio apta. minus tamquam abortus

Heptachordum maius tamquam senex morosus: minus tamquam anus morosa.

[-<f.10r>-] Gallilei existimat acumen soni nasci ex frequentia pulsationum quas chordae ictae faciunt ideoque chordas languescentes sonum intendere sed cum is sonus debilior s<onare> [[<...>]] grauiorem

Idem expertus esset appensis duobus ponderibus singulis filis quae longitudinem habent proportionalem puta duplam sesquialteram et cetera deinde simul sublatis ut alter utrumque feriantur simul coquiescere: quae uero longitudines habent irrationales [[num]] numquam eodem tempore sisti itaque euenire ijs quod lateri quadrati et diametro

Idem existimat sonum fieri ex crispatione quadam aeris et sonos consonos crispationes habere similes

Quemadmodum fides intenta si pulsetur multis uibrationibus redit ad suum statum ita res grauis elata se reducit ad suum locum est igitur grauitas quasi quidam status remissus

Hexacordum est tamquam exigua diapason: uel eius uicaria uel Diapason imperfecta quapropter [[post]] in quadricinijs post tres priores consonantias uidetur posterior dispositio usurpari posse

[Doni, Aduersaria Musica D, 10r; text: Tertio loco fortasse usurpari posse haec dispositio]

[apud Ballait in marg.] Rhythmus du bransle gay est Anapaestus Dactylus Spondaeus ternione hoc ter repetito: deinde secunda pars Anapaestus 3 trochaei bacchius secundus. Branle 3 Anapaestus Dactylus Spondaeus 2 [[trochaei]] [immo corr. supra lin.] anapaestus dactylus spondaeus anapaestus 2 trochaei dactylus spondaeus. Secunda pars anapaestus dactylus spondaeus hoc ternione bis repetito.

Branles doubles misti sunt fere ex proceleusmaticis et anapaestis cum quibusdam spondaeis

[-<f.10v>-] In primo Branle de Poictru [[Hypatodus]] [Netodus corr. supra lin.] procedit per dactylum proceleusmaticum quondam duos proceleusmaticos et cetera

Hypatodus post quatuor tempora habet semibreuem [S] quae dupla est longae [Mvd] itaque in ea mensura Rhythmus Hypatodi quasi silet

Branle de monsurande constat ex dactylis anapaestis proceleusmaticis spondaeis ita ut in primo praeualeant dactyli in secundo et tertio anapaesti

Primus branle gay (Bassi pagina 10) constat ex anapaestis

Currentes procedunt per Trochaeos (prima enim nota non computatur) sed antepenultima sede fere habent iambum

Legitur modos [[non]] ijs tantum chordis cani consueuisse quae systemati Dorio et immutabili respondent itaque in Hypodorio et Mixolydio tantum XII phthongi cani poterunt in Hypophrygio et Lydio XIII in Hypolydio et Dorio XIV. In Hyperphrygio uero XI tantum et X in Hypolydio Verum hoc intelligendum est de uocibus Monodicis tantum id est comunibus et uirilibus: item de monodijs nam in synodijs et choris oxyphoni canere poterunt integros modos acutos. Baryphoni graues

Si uolimus in Diagrammatis musicis usurpare octo lineas pro singulis partibus et singulis litteris apponere: reliquum erit ut positis [[trib]] V lineis mediae eam litteram assignemus quae illi respondet item extremis duobus spatijs [[singulas q]] infra [[aliq]] [infra corr. infra lin.] lineam et supra supremam singulas. Verum aduertendum ut mediae lineae ascribatur [[ex l]] litterae chorda quae Mese est systematis octochordi uniuscumque modi etiam [[sit]] si systema [[ad]] XI uel XII phthongos contineat: item supra uel infra mese Dorij ponatur ubi locus quadrauerit cum signo diesis # ubi opus fuerit ut in exemplo quod sequitur Modi Hypodorij

[-<f.11r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 10r,1; text: et cetera, per netodia sic, [signum], a, D, [sqb], A]

Huic eidem Diagrammati poterit quartae chordae ascribi clauis F

fa ut [Fclef] ut a cantoribus facilius percipiatur sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 10r,2; text: a, [signum], D, A, d, [[d]], a a, et cetera, et pro Mesodo, Netodo]

Synodiae Pentadicae non uidentur excedendae nam si sint V partes si poterunt uocari Basso, contratenore, Tenore, Contralto, Soprano si sex Basso, contrabasso, contratenore, Tenore, contralto, Soprano

In soprascripto exemplo contralto poterit dari eadem clauis quae datur tenori et is uocari mesodus acutior.

Synodiae organicae impressae raro excedunt trisdiapason: Ballarti sane perueniunt usque ad trisdiapason et diatessaron

Si synodiae procedantur per tetrachordum coniunctum pro [sqb] apponetur b nec propterea mutabuntur aliae litterae aut nomen modi

[-<f.11v>-] [Series est [to ephepes] add. supra lin.]

[synekheia] uerbum musicum apud Plutarchum id est [[Series, continuitas,]] coherentia, communitio

Necessarium uidetur ad seruandam naturam modorum ut in modulationibus agogae phthongos primos et ultimos sumant a chordis praecipuis illius modi id est duabus extremis et Mese In Metabola a Dorio ad phrygium non ubicumque ultima nota Dorij desierit in hac clauis

[Doni, Aduersaria Musica D, 11v,1]

si prima Phrygij inceperit ab ultima finali idest D poterit sic

[[signar]] notari

[Doni, Aduersaria Musica D, 11v,2; text: Dorius, Phrygius, metabola]

Mutatio non ita aures offendet si latenter fiat quod accidet si prior modus non desierit in cadentia nec sequens inceperit a chorda praecipua: sed ab aliqua potissimum quae sit communis priori modo: potissimum si pausa intercesserit Quod si forte ut in agogis eueniet praecesserint duo toni continui deinde mutatione facta secuturi sint alij duo toni continui [[cauet]] uitandum id erit nisi magna quaedam durities exprimenda erit

Mutatio quae fit per Iterationem semitonij ut post mi fa Dorij si canatur aliud Fa # semitonia acutius idonea uidetur cum transitus fit a modo duro ad mollem tum e contrario

Modi Iastius et Aeolius uidentur potissimum inseruisse in mutationibus unius uel duorum phthongorum quae passim fiunt [[alterum uero]] Septem uero principum pro integris pericopis Coherentia meli et Rhythmi

Connexio Symphoniae

[-<f.12r>-] Si mutatio fit exempli gratia a Dorio ad Phrygium per intentionem Semitonia duo [[erunt]] fient deinceps semitonia maiora. Si a Dorio ad Iastium unum erit maius alterum minus Rhythmus Strophalismi bellici seu militaris (uulgo uolta della guerra<)> Creticus uidetur licet, plaudetur mensura ternaria quae redolet [[pon]] Itaque poterit sic concipi [[in]] [ut corr. supra lin.] duo tempora ponantur in arsi tria in thesi [[sic]] et alternentur cretici pedes et palimbacchij sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 12r,1]

Melos ennearhythumum [ennearet ante corr.]

Rhythmus ordinarius supradictae saltationis ualde participat orthum propter has notas [Mbd] [SM] [Mb] quarum prima cum tertia [[si]] est irrationalis ut [orge] quo exemplo utuntur Graeci Qui dicunt in plausu attendi solum [[ste]] quietem manus infra et supra non sublationem et positionem conuenientius loquuntur hodiernae praxis in qua plausus incipit a thesi qui uero [[contra]] dicunt non attendi quietem manus sed sublationem et positionem manus conuenientius ratione loquuntur et ueterum praxis secundum quam plausus ab arsi incipit

In hodierna plausus ratione dicendum est in eo momento plausum incipere quo manus subiectamentum ferre desinere in altera percussione manus. Sed aduertendum uel primam mensuram caeteris breuiorem fore si secunda medietas incipiat ab eo momento quo manus incipit attolli [[(comprehendit enim ipsam sublationem tum [[statum]] quietem supra tum demissionem)]] (quod uulgo usurpatur) uel non recte eam seruari si quidem secunda medietas in opere deberet ubi primum manus sorsum sistere incipit

Pes orthium uidetur hic esse

[Doni, Aduersaria Musica D, 12r,3]

[[org]] [ut corr. supra lin.] [[ut]] [orge] ubi [Sv] ualet unum tempus [signum] dimidium [signum] dimidium accentus [[dimidium]] [unum corr. supra lin.] [signum] duo quae constituunt tempora [[4 1/2]] 5 ex quibus arsis id est prima syllaba continet 1 1/2 thesis id est secunda syllaba 3 1/2 [-<f.12v>-] Plausus duplex est aequabilis et anomalus
Aequabilis diuiditur in isochronum qui [[aequales]] temporis aequales habet mensuras et anisochronum qui nunc celerius nunc tardius procedit
Vterque diuiditur in isomereta et anisomereta
[[isomeres non subdiuiditur]] Anisomeres in ternarium et quinarium Ternarius in Trochaicum [et add. supra lin.] Iambicum et Milesicum Quinarium in Creticum seu Orthium, Poenicum primum et secundum
Aequalis in Spondaicum, Dispondaicum, Choriambicum
Spondaicum in Dactylicum et anapaesticum
Epidosis significare potest sublationem seu corroborationem uocis (non intensionem) quae paulatim fit in phthongis longioribus tasin seruantibus
Ecdosis uel endosis contrarium
Audiui cani madrigales Peccij cum uiolis et cum uocibus peritissimorum cantorum deinde cum solis uiolis quae symphonia magis placuit quam illa mista ex uocibus et organis
1 Organa alia sunt [artiphona] quae
(ribattono le uoci) ut clauichordius, testudines, cithara uulgaris, harpa
2 Alia sunt media quae leuiter (ribattono) ut uiolae, physauli
2 [3 ante corr.] Aliae que non (ribattono) sed continuant sonos ut lyra uulgaris [akphitophona]
3 Alia quae utrique praestant ut tibiae promiscuae
Pro symphonia monodiarum scenicarum existimarem uocem illam organi quae [homophoneii] cum cantore expressius repercutere debere sonos caeteras uero quae symphonias tantum suppleant potius continuare debere sonos

[-<f.13r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 13r; text: Canon Rhythmi et meli Dorij hic esse potest, Phrygij uero, Lydij, Mixolydij, Hypolydij, Hypodorij, Hypatodus media, Mesodus grauis, acutior, Netodus]

[-<f.14r>-] Matrialis uocari potest. Synasma, Synode, Synodema, Scoliasma
Sonetto ode

Parode uocari potest carminis genus apud Hispanos quod glossam uocant relatum ad copulum id est hypothesis
Basis in Rhythmica aequiualuisse uidetur passui in saltatione
Proinde puto quot bases habebat carmen tot mensuras plausuum fieri solitas quod pedes a toties terram ferisse
quare in Iambico trimetro sexies terram feriebant sed tres tantum plausus dabantur in [[D]]
Heroicis sexies terra feriebatur cum sexies quoque plausus feriretur.
Cronjum mare dicere ueteres Hyperboreum quod Saturnum in jis locis regnare crederent
Carosius in suo libro (del ballo) utitur uocabulis spondeo et dattilo pro quibusdam staticulis sed minus apte
Trigonum fortasse constabat ex fidibus inaequalis longitudinis sed aequali crassitudine
In Melodij Phrygis arcus uidetur pulsandus prope magadem ubi chordae sunt magis intentae in Dorij uero longius a magade eliciendi mollioris soni gratia

Pandurae Doriae conuenit longitudo organi maior, forma siciliensis fundus protuberans crassitudo item maior

Phrygiae longitudo media forma Siciliensis: sed cum fundo plano, et latiori quam operculum crassitudo media

Lydiae longitudo minima, forma Neapolitana fundo protuberante latitudo longitudini respondens: crassitudo minima. Eadem conueniet tono Mixolydio.

Synodia inuersa Contrapunto rouescio

Scappinus inter alia instrumenta portentosa haec inuenit. Vna seggiola con quattro piedi ciascuno de quali sonaua: et li sonaua tutti insieme sedendoui sopra j Due ordigni che si teneuano sotto i piedi [[l'u]] che con calcarli imitauano due animali: uno cioè il gallo l'altro il porchetto

Vn flauto di forma di locusta

[<f.14v>-] Cadentia triplex est media finalis ultima nam non omnis cadentia finalis ultima est

In Rhapsodica melodice: non loquitur poeta uidetur tunc proprie usurpanda rhapsodica: cum alios loquentes inducis propius ad monodicam ascendendum. Item cum poeta narrat

simplicissima Rhapsodia utendum: cum amplificat [monodiesteron] canendum

Quod seruare debent metabola Tonica ne auditum offendatur docet Theon in Synopsi musica Symphoniae sunt duae species Intersilescent (in qua [[aliquo]] alicubi partes quaedam in totum silesunt ut quae multis constant partibus) et holo in qua omnes partes simul quamuis paruis silentijs discrepent

Strentaulus habet hanc commoditatem quod foramina sunt uiciniora

Guido Aretinus notas Vt re mi fa sol la uidetur ex parte desumpsisse a Calcationibus quibus etiam tum nutrices utebantur

Ludouicus Ceraules tempore Pauli V adeo erat peritus huius organi ut auulso epistomio (bocchino uocatur) illud aptaret pileo constricto id est eius sinui et sic inflaret

Musicus quidam adeo peritus erat Simphonurgiae ut super manus alicuius articulis (qui systematis chordas signant) quattuor digitis alterius manus consonantias illas exprimeret quas quattuor partes conficere possunt: sed opus habebat [ad hoc add. supra lin.] peritissimis ca<ntori>bus

Idem super diagrammate Netodico, concinebat melos metodicum et hypatodicum simul uiola psallebat

Tibiae hodiernae speciem canunt [[Phr]] Hypophrygij et Lydij quia Gamma incipit ab Vt, Vt re mi fa sol la

Phthongus analepticus uocari potest quem in monodijs scenicis post certas pausas incerto tempore organo canatur: quique consonare debet cum phthongo quem primum [[c]] Tragoedus resumens cantus incinet qui notari poterunt sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 14v,1; text; uel]

In hoc phthongo usurpari poterit endosis: initio enim sufficet eius uocem a cantore exaudiri

[<f.15r>-] Tibiae Hyperteliae id est longiores epistomia aerea habent (les hanches) Hypatodica superat altitudinem hominis

Phthongi cardinales uidentur appellari posse F C G Agogica, Proagogica

Cardines Melodiarum uidentur appellari posse chordae praecipuae alicuius modi D # G #

Metatropici C # F # chromatica [sqb] Diazeusius b Synnasium

Pulchritudo generum Chromatici et Enarmonij non minima haec esse uidetur quod proceduntur per ditonum et semiditonum interualla consona:

Symphoniae conuersae uocari possunt in quibus partes duabus uocibus cani possunt mutatis clauibus et manentibus iisdem ut si Hypatodicum melos fiat netodicum conuertendo pagina ut melos Constantij Portae apud Artusium in fine operis

In modis Plagijs Hypodorio Hypophrygio Mixolydio non potest fieri symphonia triadica super chordis praecipuis et cardinalibus quae diuisa sit harmonice idest diapason quae inferne habeat Diapente superne uero Diatessaron sic in quattuor alijs non potest fieri Diapason arithmeticae diuisa in chordis ordinalibus

[Doni, Aduersaria Musica D, 15r; text: Mixolydius, s]

Breuis indicat chordas praecipuas seu [[ch]] cardinales quae diapason diuiduntur in diapente et diatessaron Semibreuis semicardinalem quae diapente diuidit in ditonum et semiditonum:

minima chordas minus praecipuas

Nota nigra denotat Fa et Semitonia

Vt seruetur natura modorum uideo hoc seruandum saltem ut plurimum ne intarualla Diapente Diatessaron Ditoni et Semiditoni facile fiant nisi in ijs chordis quae praecipuae sunt cuiusque modi

[-<f.15v>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 15v; text: A, a, a a, G, g, g g, F, f, f f, [Gamma], S, T, re, mi, fa]

Mutationes apte faciendae hic modus esse potest uolo: mutationem facere per tertium phthongum Hypophrygij (qui incinitur mi) ad Tonum Hypolydium iuxta positum uideo an phthongus Hypolydij ipsi parallelus isotonus sit ([[qud]] quod accidit ubicumque praecedens phthongus utrobique uel albus uel niger fuit) quod si isotonus deprehenderimus tunc phthongum Mi exempli gratia incinemus sol (sic enim canitur in Hypolydio secundus phthongus qui illi respondet) deinde ascendendo quanto uoluerimus canemus re mi et cetera

Sed commodius fiunt mutationes in duobus modis qui phthongum fa nigrum habent comunem exempli gratia A ponendam sub altera linea, G. in ipsa linea enim claues incidunt in chordas Nota hanc loquere D # G # esse phthongos metabolicos hoc est per quos transitur a modo ad modum cum ubi in aliquo Modo est D E et G a hoc est sol re uel re mi in modo propinquo a regione respondet [sqb] C et E F hoc est mi fa hoc est pro [[semitonij]] [Tonij corr. supra lin.] spatio primi modi in altero occurrit Semitonium cui aequaliter D D # et G G # [[licet sit semitonium minus]] uel potius D # E G # A

[-<f.16r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 16r; text: Diatonicum, Chromaticum, Enarmonicum, <M>ixolydius, <Ly>dius, <P>hrygius, <Do>rius, Hypolydius, T, S]

[-<f.16v>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 16v,1; text: Mixolydius Diatonicus per Disiunctionem, Chromaticus, T, S, uel, Coniunctionem]

Aduerte in pagina anteriori notata A [signum] in connexionibus modorum duos phthongos parallelos duorum modorum unisonos esse [solum in marg.] cum eiusdem coloris fuerint hoc est ambos albos uel nigros ut

[Doni, Aduersaria Musica D, 16v,2; text: Diatessaron, unisona, S, T, re, mi, fa, sol, la, Lydij]

[-<f.17r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 17r,1; text: Myxolydius, Lydius, Phrygius, Dorius, Hypolydius, Hypophrygius, Hypodorius, A, F, E, D, C, [sqb], b]

Hinc licet conjicere si quis exempli gratia transire uolet [descendendo add. supra lin.] a Dorio ad Hypolydium [[itaque]] quod recte congruit a statu indifferenti enim non licet transire ad delectationem nisi [[per]] mediante luctu et dolore. Rursus ab Hypolydio ad Hypophrygium id est a delectatione ad Iram non transitur nisi ascendendo ad Lydium id est ad laetitiam Mutatio quae fit a Dorio in Hypolydium ascendendo per Mixolydium

[Doni, Aduersaria Musica D, 17r,2; text: Dorius, Mixolydius, Hypolydius, Lydius, T, S, initiale]

[-<f.17v>-] Cum mutationem uis facere a Dorio in Lydium exempli gratia ascende per coniunctionem deinde descende per disiunctionem et in G pone # qui erit phthongus initialis modi Lydij deinde ascendere poteris

[Doni, Aduersaria Musica D, 17v,1; text: Dorius, Lydius, coniunctio, disiunctio, mi, fa, sol, la, re, do, et cetera]

Nota [inter add. infra lin.] G # et A # faciendum esse Tonum maiorem alioquin [inter add. infra lin.] A # et C nimium esset et plus quam toni

Ex hoc exemplo satis liquet mutationes quae fiunt per # melius procedere si praecedentes phthongi descendant: deinde mutationes rectius fieri in phthongis initialibus alicuius modi. Nota commodum esse eundem phthongum prius uno modo legere deinde alio sic ut hic phthongum in D la sol re ascendens legis per la descendens per sol: sic enim cum ueneris ad G # procedet [[<.>]] lectio per ut

Poteris enim sine signis accidentalibus mutatione mutare sic ubi [[<.>]] [# corr. supra lin.] indicat tonum uocis sed non profertur

[Doni, Aduersaria Musica D, 17v,2]

Nota duas illas notas signatas 1. 2. [[eodem]] isotonos esse sed priorem la, ex contrario posteriorem sol: quod si Lydius acutior esset Dorio per trihemitonium tunc descendendo ab eadem nota Sol ad Vt (sine #) procederetur per Lydium

[-<f.18r>-] [Doni, Aduersaria Musica D, 18r,1]

Hypodorius per coniunctionem sumit speciem Dorij

Hypophrygius Phrygij

Hypolydius Lydij

Dorius Mixolydij

Phrygius Hypodorij

Lydius Hypophrygij

Mixolydius [[nullius]] Hypolydij

Itaque ab Hypodorio transitur in Dorium
A Dorio in Mixolydium
A Mixolydio in Hypolydium
Ab Hypolydio in Lydium
A Lydio in Hypophrygium
Ab Hypophrygio in Phrygium
A Phrygio in Hypodorium et sic rediendo ad caput

[Doni, Aduersaria Musica D, 18r,2; text: Hypodorius, Phrygius, Lydius, Dorius, Mixolydius, Hypolydius, A, [sqb], C, D, E, F, G, L, S, b]

Nota unumquemque modum totum circulum id est totam diapason continere ita ut ut quattuor latera inferiora sint quae referunt diapente tria reliqua superiora quae referunt Diatessaron Item si unusquisque modus consideratur in singulis pyramidibus cuspis [[eruit]] continget fines duorum modorum qui dicuntur similes

[-<f.18v>-] Coniunctio est tamquam foemina

Disiunctio tamquam mas

Mese Tonij Mixolydij uidetur esse F. fa ut possumus etiam illi applicare pauca diuersitate clauem C

Mese Lydij erit e la mi Phrygij [[D.]] [d corr. supra lin.] la sol re Dorij C sol fa ut Hypolydij [sqb] Hypophrygij a la mi re. Hypodorij G sol re ut Specimen Mixolydi Ioannis Romiti notari poterit sic

[Doni, Aduersaria Musica D, 18v,1]

Catalexis Mixolydijs fatis agimur Ioannis Romiti qui sic desinit

[Doni, Aduersaria Musica D, 18v,2]

potest sic mutari ut fregiatur signum illud accidentale in penultima nota # et nihilominus [[hipat]] Hypatodus faciat ditonum non semiditnum

chordae accidentale quae in agoge alicuius modi intermista inducunt interualla Semiditoni in locis ubi non essent uel duo semitonia potentialiter contigua (nam de actu continuis nulla est difficultas) uel tonum inter duo semitonia et cetera possunt uocari chromatae quae uero inducunt quattuor tonos continuos uel duas diapente continuas et cetera nullo modo sed mere sunt chordae aliorum modorum

Non è molto che in Roma non uoleuano cantare poesie fine et buone parendoli e difficili et non atte alla musica. Però Giuseppino soleua comporre da se certe canzoni molto dozzinali le quali però haueuano grande spaccio

Il Signor Pietro della Valle fù il primo che fece udire in Roma lo Stile Recitatio hauendo fatto fare un carro: le cui musiche furono composte da Paolo Quagliati

